Quelle:
Copyright:

Warthon Angl: Sacra Tom 2. pag: 341. Cave Script: eccl: pag: 620.

C. Fol: 118 – 122.

Algorismus minutiarum.

Titulus est: " Incipit Algorismus de minuciis." Initium: " Omne compositum respectu suarum partium dicitur integrum". An sit ejusdem Roberti /: ut mihi verisimile :/ an Campani, an alterius, aliis discutiendum relinquo.

Joannis Peckani de Sphaera.

7. Fol: 123 – 137.

Joannis Peckani tractatus de Sphaera. Incipit: " Corporum principalium mundanorum numerum, et figuram, et motum, et quae ad haec — intendo in presenti opusculo explicare, quantum sufficit ad intelligentiam verborum Scripturae Sacre. et hec quidem inveni a prioribus tradita. Sed pro difficultate, sicut in opera linconiensis et brevitate sicut in opera Johis de Borco et in aliquibus falsitate. simplicioribus quibus servire intendo inutilia." In calce additum est: " hec simplicioribus scripsi tactus precum instantia. a majoribus veniam petens ubi defeci. Explicit". Opusculum hoc Peckano esse adscribendum medocuit folium codicis nostri omnium primum, ubi ad pag: 123 referuntur scripta fratris Johannis de peckano. Illud autem de Sphaera esse inscribendum series tractati argumenti ostendit.